

LES ECHOS DE SAINT-MAURICE

Edition numérique

Lettre apostolique de S.S. Paul VI à l'occasion du
1450^e anniversaire de la fondation de l'Abbaye

Dans *Echos de Saint-Maurice*, 1965, tome 63, p. 210-216

© Abbaye de Saint-Maurice 2013



Venerabili Fratri
Ludovico Severino Waller
Episcopo titulo Bethleemitano
Abbati S. Mauritii Agaunensis

Paulus P. VI

Venerabilis Frater,
salutem et Apostolicam benedictionem.

« Honoramus sane memoriae eorum... qui usque ad mortem corporum suorum pro veritate certarunt, ut innotesceret vera religio, falsis fictisque convictio »: haec verba S. Augustini (De Civ. Dei, 8, 27, 1; S. L. 41, 255), qui Cui Ordinis Canoniorum regularium et Patronus ac Legislator, inclitam Abbatiam S. Mauritii Agaunensis, Basilicam videlicet atque Monasterium, quodammodo excitavit. Ibi enim praeclarus ille Martyr eiusque Socii, qui in Legione Thebaea stipendia facientes, mori maluerunt quam impietate foedari,

Lettre apostolique de S. S. Paul VI
à l'occasion du 1450^e anniversaire
de la fondation de l'Abbaye

Venerabili Fratri

Ludovico Severino Haller

Episcopo titulo Bethleemitano

Abbati S. Mauritii Agaunensis

PAULUS PP. VI

Venerabilis Frater,
salutem et Apostolicam Benedictionem.

« Honoramus sane memorias eorum... qui usque ad mortem corporum suorum pro veritate certarunt, ut innotesceret vera religio, falsis fictisque convictis » : haec verba S. Augustini (*De Civ. Dei*, 8, 27, 1 ; *P.L.* 41, 255), qui Tui Ordinis Canonicorum Regularium est Patronus ac Legifer Pater, inclitam Abbatiam S. Mauritii Agaunensis, Basilicam videlicet atque Monasterium, quodammodo excitarunt. Ibi enim praeclarus ille Martyr eiusque Socii, qui in Legione Thebaea stipendia facientes, mori maluerunt quam impietate foedari, nobilissimo contacti sunt sepulchro, ad quod religiosa familia fuit constituta, tam venerabilium Reliquiarum veluti custos. Atque, ut

verbis utamur eiusdem Hipponensis Episcopi, fecunditatem martyrii extollentis, « multiplicata est magis Ecclesia » (*Enarr. in Ps. 40*, 1 ; *P.L.* 36, 454) eodem loco, ubi amoena Vallis Poenina montibus coarctatur.

Re quidem vera, ut historici docent, iam saeculo IV ad « basilicam » in Martyrum honorem ibidem extructam Christifideles sacrae peregrinationis causa confluebant ; qui deinde etiam « ex diversis locis atque provinciis » atque « per multum itineris spatium » ad offerenda munera Sanctorumque impetrandam deprecationem petebant hanc sedem pietatis (*S. Eucherii Passio Agaunensium Martyrum*, Praef. et 8 ; *P.L.* 50, 827—828, 832). Anno vero DXV S. Sigismundus, rex Burgundionum, a S. Avito, Episcopo Viennensi, ad catholicam fidem traductus, ut hanc luculenter testaretur, « Monasterium Acaunense » seu Agaunense, quemadmodum postea scribi solebat, sollemniter condidit. Dedicationis die, qui fuit XXII mensis Septembris, in festo scilicet SS. Mauritii et Sociorum, S. Avitus, quem supra diximus, sermonem habens, novi coenobii incolas his verbis est affatus : « Mundum quidem fugitis, sed orate pro mundo... Sanctum vigilare vestrum cunctis invigilet... incipiat hodie et devotioni aeternitas et dignitas regioni, laudantibus in praesenti saeculo Deum, laudaturis pariter in futuro » (*Hom. 25* ; *P.L. Suppl.* III, 3, 1964, 819).

Quae « devotionis aeternitas » seu laudis divinae perpetuitas in hoc Monasterio primum, quod attinet ad partes occidentis, est instituta ; etenim monachorum turmae per vices die noctuque psalmodiae ita instabant, ut laus divina numquam intermitteretur atque caelestium chororum quasi imago.

In monachorum locum saeculo IX substitutum est collegium canonicorum, qui anno MCXXXVIII praeceptis Regulae S. Augustini se devinxerunt et usque in praesens eximiam veluti hereditatem Agaunensem servant.

Summi vero Pontifices, Decessores Nostri, istam Abbatiam muneribus valde locupletarunt, ut B. Eugenius III, qui anno MCXLVIII eius templum refectum ipse consecravit, Gregorius XVI, qui Abbates ad episcopalem dignitatem evexit, titularem sedem Bethleemitanam iis in perpetuum tribuens, quique privilegiis cathedralis

ecclesiae idem templum auxit, Pius XII, qui id Basilicae Minoris nomine ac iure insignivit.

Quoniam igitur mox MCCCCL annus revolvetur ab eadem Abbatia constituta, sollemnia apparantur, quibus tam rari exempli memoria recolatur, quibus Nos deesse nolentes, has ad Te, Venerabilis Frater, Litteras dedimus, ut Tecum, tam diuturnum praeteriti temporis spatium respicientes, gratia Deo pro acceptis donis ageremus, et christianam gloriam, quam per saeculorum decursum haec Domus sibi peperit, Tibi gratularemur.

Ex instituo autem Ordinis Canonorum Regularium, qui « ad divina mysteria directe ordinatur » (cfr. S. Thom., *Summa Theol.* II II, qu. 189, a. 8 ad 2), et ex peculiari more Abbatiae Agaunensis vobis iugiter sanctum sit opus Dei singulari cum diligentia ac dignitate perficere, Sacram Liturgiam cum ministerio pastoralis, quod item qua Canonici Regulares obire debetis, cum adulescentium institutione, missionali labore, et cum vita religiosa actuose fideliterque coniungentes, facietis, ut Ecclesia, quam sanguine Martyrum propagatam esse initio diximus, etiam hoc modo per vos multiplicetur.

Benevolum denique animum Nostrum pandentes, Dilecto Filio Nostro Iosepho S. R. E. Cardinali Lefebvre, Bituricensi Archiepiscopo, qui, ut accepimus, sollemnibus praesidebit, Tibi, Venerabilis Frater, Praesulibus, Magistratibus, cunctis Abbatiae Agaunensis sodalibus et Christifidelibus, qui sacrum coetum participabunt, Benedictionem Apostolicam, caelestium munerum auspicem, libenter impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die XVII mensis Septembris, anno MCMLXV, Pontificatus Nostri tertio.

(sig.) PAULUS PP. VI

A Notre Vénérable Frère Louis Séverin H ALLER,
Evêque titulaire de Bethléem,
Abbé de Saint-Maurice d'Agaune,

Paul VI, Pape.

Vénérable Frère, Salut et bénédiction apostolique.

« Oui, nous entourons d'honneur les tombeaux de ceux qui ont combattu pour la vérité jusqu'à la mort corporelle, afin que soit reconnue la vraie religion, et confondus l'erreur et le mensonge. » Ces paroles de saint Augustin (Cité de Dieu, 8, 27, 1 ; PL 41, 255), Patron, Législateur et Père de votre Ordre de Chanoines Réguliers, ont en quelque sorte créé l'illustre Abbaye de Saint-Maurice d'Agaune, sa Basilique et son Monastère.

C'est en ce lieu en effet que les glorieux Martyrs Maurice et ses Compagnons, soldats de la Légion Thébaine, préférant la mort à la souillure de l'impiété, ont reçu l'illustre sépulture auprès de laquelle s'établit une famille religieuse gardienne de leurs vénérables reliques. Et pour user encore des termes de l'évêque d'Hippone chantant la fécondité du martyr, « l'Eglise en reçut un accroissement nouveau » (Enarr. in ps., 40, 1 ; PL 36, 454) dans ce pays où la douce vallée du Rhône se resserre entre les montagnes.

Il est certain, comme nous l'apprend l'histoire, que le IV^e siècle déjà vit affluer les pèlerinages des fidèles dans la « basilique » construite à cet endroit en l'honneur des martyrs. Plus tard, c'est « des régions et des provinces les plus diverses » et « au prix d'un long voyage » qu'ils venaient en ce lieu de prière présenter leurs offrandes aux Saints Martyrs et obtenir le fruit de

leurs supplications (S. Eucher, Passio Agaun. Mart., Préface et 8 ; PL 50, 827-8 et 832). Mais c'est en 515 que le roi de Bourgogne saint Sigismond, converti à la foi catholique par saint Avit, Evêque de Vienne, et voulant donner de cette foi un témoignage éclatant, fonda solennellement le « Monasterium Acaunense », ou monastère d'Agaune, comme on prit ensuite l'habitude de le nommer. Au jour de sa dédicace, le 22 septembre, en la fête de saint Maurice et de ses Compagnons, le même saint Avit dont nous parlions à l'instant, s'adressa en ces termes aux moines du nouveau monastère : « Le monde, certes vous l'avez fui, mais priez pour le monde... la sainteté de vos veilles, qu'elle veille au salut de tous... que ce jour marque pour le culte le commencement d'une durée sans fin, et qu'il inaugure le renom de ce pays, de ceux qui aujourd'hui louent Dieu et de ceux qui pareillement le loueront à l'avenir. » (Hom. 25 ; PL Suppl. III, 3, 1964, 819.)

Cette « durée sans fin du culte de Dieu », cette perpétuité de la louange divine, c'est dans ce monastère qu'elle fut pour la première fois établie en Occident. Des groupes de moines se succédaient en effet jour et nuit dans le chant des psaumes, de telle sorte que la louange divine ne connaissait aucune interruption et offrait ainsi comme une image des chœurs célestes.

Au IX^e siècle les moines furent remplacés par un collège de chanoines qui s'imposèrent en 1128 les préceptes de la Règle de saint Augustin, et qui la gardent jusqu'à ce jour comme l'héritage choisi de l'Abbaye d'Agaune.

Les Souverains Pontifes, Nos Prédécesseurs, ont enrichi cette Abbaye de dons insignes, tel le bienheureux Eugène III qui, l'an 1148, consacra en personne son église restaurée ; tel encore Grégoire XVI qui éleva ses Abbés à la dignité épiscopale en leur accordant à perpétuité le titre du siège de Bethléem, et par la même occasion dota son sanctuaire des privilèges d'église cathédrale ; tel enfin Pie XII qui à ce même sanctuaire accorda le titre et les droits de Basilique Mineure.

A l'approche du 1450^e anniversaire de la fondation de cette Abbaye, on prépare des fêtes solennelles qui remettront en mémoire un si rare exemple. Désirant ne pas y être étranger, Nous vous adressons cette lettre, Vénérable Frère ; les yeux fixés sur un si long passé, Nous voulons avec vous rendre grâces à Dieu pour les dons reçus et vous féliciter de la gloire que cette maison s'est acquise dans le Christ au cours des siècles.

Suivant la discipline de l'Ordre canonial, lequel « est directement ordonné à la célébration des mystères de Dieu » (S. Thomas, Somme Théol., II a II ae, qu. 189, a. 8, ad 2), suivant surtout la tradition propre de l'Abbaye d'Agaune, considérez comme une obligation sacrée la célébration de l'Office divin avec un soin et un respect tout particuliers. Unissant dans votre zèle et votre fidélité la sainte Liturgie au ministère pastoral, qui est également une de vos tâches de Chanoines Réguliers, à l'éducation des jeunes gens, à l'activité missionnaire et à la vie religieuse, vous ferez que l'Eglise, fécondée, comme nous le disions au début, par le sang des martyrs, trouve de cette façon par vous aussi un nouvel accroissement.

En témoignage enfin de notre bienveillance sans réserve, à notre cher Fils le Cardinal Joseph Lefebvre, archevêque de Bourges, qui présidera ces fêtes, à Vous, Vénérable Frère, aux prélats, aux magistrats, à tous les membres de l'Abbaye de Saint-Maurice et à tous les fidèles qui seront de votre sainte assemblée, Nous accordons Notre Bénédiction apostolique en gage des faveurs célestes.

Donné à Rome, près Saint-Pierre, le 17 septembre de l'an 1965, de Notre Pontificat le troisième.

PAUL VI, Pape